

Arnold Schroder

**Bonum Factum Flabellum, Quo Fumus Chymicus, & cinis contumeliarum, quem  
in Elumbi sua Sylloge Assertionum excitavit, & Medico ac Philosopho  
celeberrimo Petro Laurembergio, afflare conatus est, Anton. Gunther Billich, ex  
infami ac perfidioso milite nuper transformatus in stercorum & pediculosum  
Empyricum, dispellitur & abigitur in auras, per Arnoldum Schroderum Medicum**

[S.I.], 1625

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796627010>

Druck Freier  Zugang



der Orden, Fabellum,  
gino pinnio hymnico.  
16425

Pa - 1030




Universitäts:  
Bibliothek  
Rostock



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
rosdok/ppn796627010/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796627010/phys_0003)

DFG



*Arnoldus Schröder*

**BONUM FACTUM.**

*Elabellum,*

**QUO FUMUS**

Chymicus, & cinis contumeliarum,  
quem in Elumbi sua **SYLLOGE ASSERTI-**

**ONUM** excitavit, & Medico ac Philosopho celebre-  
rissimo PETRO LAUREMBERGIO,  
afflare conatus est,

**ANTON: GUNTHER BILLICH,**  
ex infami ac perfidioso milite nuper transforma-  
tus in sacerdorum & pediculosum Empy-  
ricum,

dispellitur & abigitur in auras,

*per*

**ARNOLDUM SCHRÖDERUM**  
*Medicum.*

*additis*

**ASSERTIONIBUS CHYMICIS ANTI-**  
**BILLENLICHICIS.**



*Bilance justâ libratum, & expressum  
1625.*



alt. Best

Viro Clarissimo, Excellenuſimo, Philoſo-  
pho ac Medico celeberrimo,

D N.

# PETRO LAUREMBERGIO:

S.

**A**ud Persas consuetudo erat, Lau-  
rembergi excellentissime, ut, quem contume-  
lia afficeret etiam immerentem & absentem  
vellent, ejus vestes lictor populo speſante ce-  
deret fustibus. Nimirum quum in hominem ipsum nihil  
possent, saltim in ejus indumenta exercebant effrenatae  
petulantiae libidinem. Hic Lictor, aut Lictoris manum  
ac restum nuper effugiens infamis lixa Anton: Gunther  
Büllenlicht.

*Qui nunc se medicum fingit perjurū Azyrta,*

Postquam neq; ſiebat, neq; quarendo in te invenie-  
bat quidquam digum contumeliosa reprehensione, cona-  
tus est ſolum nomentuum aggredi, illud allatrate, admor-  
dere, quondq; carnificum proprium eft, ſceleratis iictibus  
lacerare, ipse famæ conſequenda, prout ſimiili felicitate  
& ſuccetu quo olim famigerabilis Herostratus aspirans  
ad parem celebritatis gradum, Vulcano & flammis conle-  
cravit, templum Dianæ Epheſiæ, in cuius exſtructione tota  
Asia cum centum viginti ſeprem regibus laboraverat du-  
centos viginti annos. Ego vero quantum diſpicio, ego  
imprimis vapulo ſub velliſtento & ſchemate Nominis  
Laurembergiani: Neq; enim etiamnū diffiteor nullo quo-  
quā viyēte mortali vel yſuktore vel autore ex meo pluteo.

A z

mea;

meaq; pharetra prodijisse scriptum illud DEFENSARUM  
ANIMADVERSIONUM LAUREMBERGIANARUM,  
quod Guntherum pessandatum conscientia promulgata-  
rum absurditatum, coegit exire e potestate mentis.

Attu, Laurembergi, constitutus eras iu speculâ; In  
te conversi vultus, animiq; plurimorum, qui accuratam  
& non fucatam eruditionem amant. Proinde per tui No-  
minis injuriosam sollicitationem paranda erat via ad glo-  
riolam, alioquin ab æquo Jove denegatam. Non poterat  
aptius sibi patrum obtendi huic fraudi, quam si expunsto  
mei auctoris nomine celeberrimus Laurembergius, alie-  
ni scripti, quasi suscepti pueri adoptivus ac asciticius pa-  
ter proclamaratur. Itaq; quod erat meum, & quod ego  
promerueram, ejus delicti multam scilicet luere oportet-  
bat Nomen tuum. Cæterum nimis ædepol iniqua esset vi-  
torum bonorum sors, si a desperati cuiusq; nebulonis  
scelerato ore, eorum salus ac bona fama dependeret. Tu  
sane ut ut haut multum percellaris stercorei illius seurræ  
contumelijs, tamen cum hic mea res præcipue agatur,  
tuq; nil nisi Nomen hoc commodes ad hanc cornæ diam,  
decuit utiq; me etiam hac vice, non tam pro te (quod pri-  
us feci) quam pro me ipso, seu ut aperce dicam, pro veri-  
tate militare advertos imposturas & errores iniquissimi  
Fallarij. Quidquid hic tentatum est, id prodeat lob No-  
minis tui auspicio, cuius inscriptione servus meus fugitivus  
Cencosis sui patientes studuit exoroare, caluminandi gra-  
tia: Ego vero honoris & amoris ergo, quem ut hactenus  
semper pro parte mea virili, sic etiam & nunc, & imposte-  
ram tibi prolixè & prochyme consecro. Vale. Dabam  
Neoburgi XVI, Octob, 1624.

Arnoldus Schroderus  
Medicus.

**P**rincipio ignosci mihi velim à Bonâ  
 & ingenuis virū omnibus, quod decertando  
 coire, & scribendo rem habere voluerim cum  
 Homine, quem jam pridem infamia nota affe-  
 dum, & ex Ingenuitatis ac honestatis albo  
 expunctum, tanquam perfidum desertoreno  
 vexilli ac stationi sue, norunt cum Italî illi  
 Germani, qui non omnino hospites sunt in  
 mundo. Ab hisusmodi sociorum congresso  
 religiose quidem abstinere solent etiam plebei homines e trivio! Sed mibi  
 fidei magistratus exemplum sequi animus fuit, qui interdum satis inti-  
 me in fures, Litrones, & ejus farina homines anquirunt, nunquam etiam  
 non sermonem cum illis copulant familiariter, ut eo evidentius eruatur &  
 in publicum dispalefacat veritas. Agesilauis assistens aliquando Chalciae  
 aræ, ac rem divinam faciens, cum eum memordisset pediculus, non erubuit  
 neq; tam vermen captum palam, omnibus intuentibus, occidere: Ego  
 hercles, inquiens, insidiatorem meum vel in ipsâ arâ. Neq; me pudebit  
 fadum & pediculosum hunc bipedem, vel in castris, vel in rure, vel in au-  
 la aut cauli, ubi ubi inventum, malo atq; infortunio merito mactare.

2. Ergo igitur Gunther Billenlicker cui fælix omen, ac gentili-  
 es splendor ab anilinatu ornatussum & convenientissimum nomen con-  
 ciliavit, sperasse equidem fore ut abs te, aut Congerrone tuo circumfo-  
 ranco seplasario SALA Salacone, aliquid solidi, aliquid eruditii, aliquid  
 zari reponeretur DEFENSIONI MEÆ ANIMADVERSIONUM  
 LAUREMBERGIANARUM, qua ego eviravi tot vestras solennes  
 absurditates, & monstrata nequissimarum positionum, quibus philosophiam  
 & medicinam confundebat. Sed postquam SYLLOGEN tuam asser-  
 tionum Chymicarum perlustrare cepi, Eheu quanta de spe decidi! in memori-  
 bus dñi Jhesu Crisostomi, & in nobis tuis Protenus mibi in mentem venit historia  
 Te Glaucanam, porrigitis sacrificulo vas stercoris plenum, cuius su-  
 persicies

perficies nummū curiose erat incrūstata: Exinde promere jūs fit pecuniam.  
Syllogē tua eo unico differt ab illo Ulo specularij vase, quod ne quidem pri-  
ma fronte aliquod pretium præse ferat: sed ipsissimo ingressu humani ster-  
coris (cum venia dicam) buccellam lectori propines. Rusticus urbano  
mūrī mus paupere tecto, nihil quod apponere, habebat, prater aridum a-  
cīnum, semesāg lardifrusta. Et à scarabeo, ab homine stercoreo quid  
aliud quam stercora & hujusmodi suffrigia & intinctus exspectes? quo  
persusa est testa recens, eum spirat oderem. Quo distentus est cibo ventri-  
culus, exinde ructus emergit. Familiare tibi est ægrotis tuū propinare  
stercora, & fanda infandave devoranda exhibere, veluti innuis pag. 82.  
Respon. ad Anon. eāq̄ methodo, cum in peregrinatione tua laborares crum-  
nabili morbo, quam Famem appellamus, curasti teipsum largiter. Sed vi-  
ris elegantibus & lectis ingenys nimium sordet hic curandi modus. Itaq;  
ad primum aspectum stercoreæ tuae chartæ, ubi vidissent ne ipsum quidem  
vestibulum liberum esse à fæcibus, & purgamentis alvi, eam exemplo  
abiecerunt, neq; pellegere sunt dignati. Dicebant aliqui illorum, non ri-  
rum sed vetulam eum abortum excacasse. Mulierib. quippe in bivio ri-  
xantibus familiarissimum esse morem, adversarias suas ad convivia talia e  
Posticū tertio quoq; verbo invitandi. Addebat; s; uq; adeo delectarere  
taliis ornamenti, nihil tibi commodius reponi ac gratitudini ergo dona-  
ri posse, quam illud Horatianum, te utiq; dignissimum.

— — — tibi grex merdis caput inquinet albis  
Corvorum, atq; in te veniat mihiū atq; cacatum  
Julius, & fragilis Pedacia, furq; Veranus.

3. Tam nitidum & honestum vestibulum excipit aedificium haut ab-  
fimile, cuius præcipuum decus ac elegantia elucet in vocabulū synonymū,  
tam apposite cōgestis, & tanto iudicio ex sylva vocabulorum aeditionarijs  
puerilib. Compilatis (quasi una multa jura confundat coquus) ut nihil  
delectabilius fingi possit. Quin imo tota Decimatoris ac Daſpody Latinis-  
tas angusta & inops erat ximū, ad exprimentum Enthusiasticum illum  
animi raptum. Ex Gallijs Conestablij, ex Italia Gran mestro de Cavalli-  
eri, ex inferno Diabolus protrahuntur in scenam. Ex hi tam varijs colo-  
ribus mirifice commixtū, resultat picturæ ac præfationis corpus, nihilo  
Hercles minus ornatus ac elegantiæ continens, quam

Humanus

*Humano capiti cervicem pictor equinam:  
Jungere si velit, & varias inducere plumas,  
Undique collatis membris, ut turpiter atrum  
Desinat in pisces mulier formosa superne.*

*Imposterum non deerit Mimus, gesticularibus, & Pantagruelista  
materia fatusorum Dicteriorum, quibus se facere queant ridiculos. Prae-  
fatio isthac abunde illis quod nungentur, suppeditare potest.*

4. Cœterum in isto anteloquij simeto, sequentes imprimis Uniones  
absconditi & asservati deprehenduntur.

i. Incusor ego A. Schröderus (quem noster ille sub Lan-  
rembergij nomine traducit) quod cum Plauto, Terentio, Virgilio, Plutar-  
cho & similibus, puræ ac vernacula Elegantia Autoribus ac assertoribus  
fuerim magna ex parte locutus. Eorum dicta dicendi rationem, quod  
usurpavi in defensione meâ, id vero est quod tanto mibi ritio vertitur,  
quódgue nomine tam inique audire cogor.

ii. Quod illi celebrium Chymicorum, qui metalla in aquas, salias.  
Mercurios transmutarunt, non prestiterunt id beneficio Chymie, sed Ma-  
giae, Vnoarchodumiae, per animam mundi Platonicam, per cælum interniæ,  
per Adech, Hylech, Evestrum, ex principio astrali, invisibili &c:

iii. Quod rationibus & speculationibus philosophicis ex logica, physica,  
metaphysica &c: autoritatibus ex Chymia & medicina petitū, non decu-  
isset me stabilire dicta & propositiones meas, quippe quod tota hac contro-  
versia solis experimentis nitatur, sensuum fide, oculari demonstrazione, ad  
tribunal Vulcani: &c

Agite sultū, dispiçiamus suæ inctè, & ad Rotam ac lapidem adpli-  
cemus has gemmas, ut quam generose sint, quantumque possideant nativæ  
perfectionis, intelligamus.

5. Ita sane, Stratiotice spuriæ, ego stylum ac os meum affeceti, ne  
quantum fieri potest, sermonem componam ad prisca, & nativæ latitudinæ  
genium. Quos bi Heroes flosculos, quæ dicta quasi sesamo ac papavere  
confersa, quasi mellitas quasdam Crustulas scriptis suis inféruerunt, eæ  
in rem præsentē usurpare nunquam mihi pudori, omnibus vero laudifuit. Ti-  
bi ab hac urbanitate & nitore aborrere per me utique licebit. Non scias  
nisi cum Valeſco de Taranta, cum Gordonio, Javello, Gebro, Lullio, alijsque  
hoc ludo doctis, voluntare te in cœno barbariei, & partes tuas anaticas,

tuus

vacum lubens libensq; tuum pulvorem brunam (cur non & gelbum ac bla-  
num) idq; genus infinita lumbifragia Prisciano, & tercis auribus objicere.  
In his tibi placeas & exultes velut in scabie pediculus: mibi lubitum est,  
Oratores & poetas, quos tu siercoree Grille superciliosae & contemptim  
Grammaticos appellas: lubitum est philosophos ac medicos nitidioris &  
a-  
mænioris Genij. & horum inscribendo ac dicendo morem ac vestigia  
sequi.

Quod tu maledictum vehemens esse existimas,  
Eam laudem ego duco maximam.

Ut eo magis oculi tibi doleant, non perferentes splendorem Orato-  
rie ac Grammaticæ puritatis, audi Si quis in theatrum producat virgi-  
nem, cui nihil adsit ad pulchritudinem adjumenti, negliget am immundâ  
illuvie, vestitu turpi, capillo passo, prolixo, circum caput rejecto negligen-  
ter, nudo pede. Eandem ipsam Virginem si quis probe exornatam det,  
cujus uberes crines leniter remissos, ac deinde per collum dispositos sensimq;  
sinuato patagio residentes, paulisper ad finem conglobatos, ad summum  
verticem nodus constringat, auro gemmisq; resulgens: Cujus Genes, que  
candore suo omne ebur provocarent, lenis imbuat rubor: dentium vero  
œlestem nitorem labiorum distinguat purpura; pes nitidus: Vescum  
Corpusculum ac succi plenum Cyclade aut palla regali unionib; miram  
in modum interstincta, circumdetur, Cinama fragrans, & balsama rerans,  
si qua, inquam, harum ambarum optio detur viro non satuo, utra eli-  
genda sit, facile dispiciet. Nemo nisi e bona mente oppido deturbatus,  
horridam illam ac incultam prænit idula mavoleat. Utrig simili est ma-  
teries medica & philosophica. Alteri quidem barbara illa, destituta omni  
succo & pulchritudine sermonis: alteri amena illa, & Eloquentia mundo  
ac ornamentiis compta probé: Ex tua sententia Pallas, quas condi-  
dit arces, Ipsi colat, placeant tantum tibi sordida rura.  
Enim vero si usq; adeo odio tibi est Grammatica, si abominationi Ornatius  
Orationis, si cordolio poetica elegantia, si ad Logicam, Physicam, Meta-  
physicam, Mathesin, ita animo linquis, quemadmodum ad olfactū rerum  
odoriferarum Corydon, ingressus pharmacopæum, qui mox equini fimi pla-  
centa ad nares admota excitatus est iterum, rogamus te per Deos tuos tu-  
telares, Sterculium & Cloacinam (siquidem aliud nil misero tibi denig-  
rest) relinquas nobis nostra aromata, serues tibi bene, pudiceq; tuae pla-  
ceras nobis hanc invidentibus.

6. St

8. Sed grandioris Cothurni est hoc quod sequitur. Res erat in publico, neq; occultari amplius poterat, etiam in subsidium vocatis Diis suis peris, medioximis, inferis, patellarijs, Metalla a plurimis viris excellentibus in aquas, mercurios, salia esse transmutata (quod ut mihi ingratujs concederet, adegeram illum meum) hec ubi sese ad incitas redactum, neq; facta infecta reddere posse animadvertisit Graen maestro nostro de gli Cavallieri Smerdasi, via alia nulli expectata, nulli cogitata, rem aggreditur & cum servulus comicis intonans illud, Hem reperi, Euge inventum dedi, quo me magnificè effero (ut Porcus Grannius reperto Stercutij libamento) promulgat solenniter, Nihil ista ad Chymiam: Hæc miracula supra naturam, supra fidem humanam, esse, effecta beneficio Woarchodumiæ, Magiæ, disciplinæ illius abstrusissimæ & plane transnaturalis; cuius instrumentum est cœlum internum, anima mundi Platonica, quinta mundi essentia, Adech, Hylech, Evestrum &c: Hui! horridas dictu atq; auditu voces non intellectu modo, quibus nutrizes manducorum loco uti possent in terrendis infantibus. Potuissent addi eadem significandi perspicuitate etiam scindapsi, pathiraco, allaborotz, Frisesomorum, & pervolgatum illud Abraca dabram. Eodem res recidisset. Diogenes ad adolescentem, qui in caupona cū consiperetur, refugit in interiora cauponæ, Quanto magis, inquit, fugi intus, tanto magis es in cauponâ. Quanto hic magis confugis, desperate Empyrice ad supernaturales, ineffabiles, invisibiles, incredibiles Fatuitates, Woarchodumiam, Adech, Hylech, Evestrum, tanto magis te conjici in angustias, & tanto profundius penetras in cryptas inscitiae & absurditatum.

7. De vocabulis ipsis nihil dicam, quæ vel ex infernali Schola Cademon adducta discipulis suis insusurravit, vel superstitionibus insanis infatuati monachi deliranti mundo obtruscrunt, loco horribilium secretorum, Res ipsa solummodo penitus perpendatur. Quid a nobis intelligi postulas per VV oarchodumiam? Magiam, inquit, disciplinam transnaturalem, abstrusissimam, que edic miracula supra naturam, supra fidem humanam.

Magiam duplicem esse hodie pasim notum est & concessum: Unam  
naturalem, quæ interventu causarum physicarum effectus edit admiran-  
dos & insolitos: Alteram supra naturam. Priori bonam partem J. B.  
**Porta Neapolitanus** ex professo sub Magia Naturali titulo emisit in  
publicum: Alij pro suo plurimi modulo locupletare sunt conati; Mi-  
zaldus, Cardanus, Weckerus &c. VVoarchodumia hujus censu  
magia neutiquam esse potest. Quia est trans seu supra naturam: Ab  
magia isthac naturali, est in & cum natura, quæ duo sine turpi criminie  
contradicti nisi copulari invicem nequeunt. Intelligitur Ergo VVoarcho-  
dumia, Magia transnaturali, quippe quæ miracula edit transnaturalia:  
Tria sunt trans naturam Entia, quibus Magia transnaturali beneficium  
asscribi potest, Deus, Angeli boni, & Cacodemones. Horum unius con-  
cursu VVoarchodumia necessario perficietur. Deum ipsum immediate  
opitulari VVoarchodumicū magis, hominibus effrenatae impietatis, exse-  
cranda superstitionis, desperatae perversitatis (quales fuisse Paracelsum,  
Agrippam, Trithemium, ceterosq; quos ejus arti patronos laudas, testa-  
tur fides historiarum) idnemo affirmabit nisi similibus virtutibus pradi-  
tus. Olim quidem sub antiqui fœderis Juri dictione. & initio novi, tanto  
dignatus honore est populi sui principes quosdam Jehova; ut præsens cum  
præsentibus conserret sermonem; Magusq; talis divinus Moses fuit, mira-  
cula producers non ex naturæ penu, non dæmonis boni vel mali suffragio  
sed digito Dei: At hac tempestate non servat hunc morem Deus. De  
Angelis bonis item debes judicare. Associant se illi non sceleratu, sed pie-  
tate conspicuis mentibus, neg. hodie consueverunt medicinam aut Chymia  
factitare, colludentes cum virū omni vitiorum turpitudine inquinari. Ni-  
hil superest in censu rerum transnaturalium præter Diabulos: Ab hi igi-  
tur profluxisse, ab hi hodienum dependere & horum concursu exercere  
necessæ est VVoarchodumiam (si qua ea sit) transnaturalem, alfrusfi-  
mam disciplinam. Si verba sint compendefacienda, cum scribi Gebrum,  
Lullium, Albertum M. Paracelsum, Agrippam, Trithemium, vulgaria me-  
talla convertisse in aurum, in aquas, in Salia, per VVoarchodumiam, nihil  
aliud scribis quam hos viros hec opera prostituisse, per Magiam Diabolicam.  
Hic autem queri jam potest i cur potius, aut quo indicio magi viri illi  
credantur metalla resolvisse in aquas, ad uti potestate Diaboli, quam vi-

& ff.

Efficacia Chymie, ipsiusq; Naturæ? n. Quæri & illud merito potest, eti; insi vel universim omnes, quotquot sunt sub munianis systematis complexu Dæmones, incumbant transmutationi plumbi in aurum, an ea facultas, ñg; effectus positus sit in eorum potestate? Profectò si neg; creare istis quicquam licet, neq; producere quod non est uspiam in fundamentis naturæ quoquo modo, frustra utiq; Tu, tenebricose Mage, VVoarchodumiam, idest Diabolum, cum præceptoribus tuis VVoarchodumicis sollicitabis & compellere conabere ad ~~λευτομηνην~~. Quantum facere liceat Dæmonibus se illoruæ potentia extendat & tum, (quod præcipue ad rem præsentem attinet,) quod non sit in finu Diaboli aurum factitare ex alio corpore, demonstratum est eruditio tractatu a B. Pererio lib. de Magia, quem ut perlegas, & miseriam tuam deplores, serio tibi in indo atq; impero.

8. Porro hec ars transnaturalis quibus tandem instrumentū & medīs utitur? cœlo interno, anima mundi Platonica, quinta mundi essentia. Dicam quod res est, & tuis quidem proprijs per quam significantibus locutionibus, si Diabolum, verum VVoarchodumiae suffarciatorem, seponas, quid sunt hæc instrumenta aliud, quam asinæ ac imaginariæ speculations? Phantasmatæ nullo experimento Chymico demonstrabilia? inania umbratiliæ commenta? fallax credulitas, gerra liberæ, profectæ a fatua desperatione, a vana persuasione, a fulilibus somnijs.

9. Quale etenim portentum est cœlum illud internum? num vestra experimentiu & multum exercitata subtilitas, anilinge Guntere, in hac nostrate natura, & hoc veteri nostro mundo, aliud adhuc superā nocte reperit cœlum internum, ineffabile, incredibile, astrale? Nos equidem præter cœlum illud notum, præter ignem, aerem, aquam, terram, & qua hæc incolunt corpora inanima & animata, nihil uspiam scimus reperiri. Illud vero non latet nos, spiritum hominis juxta Aristotelem ἀράτον εἴη τῷ τῷ ἄρπω σογέω. Quod si insanire eo vobis allubescat, & per Adech, Hylech, Eyerum, per cœlum internum, nomina rara, tremenda, mirabilia, hunc nostrum spiritum significare, qui instrumentū est solius anime, extra compagem corporis non egrediens, jam magnum illud transnaturale opus transmutationis metallorum, absolvetur per Naturalem, aut vitalem, aut animalem spiritum. Audicum admissi risum teneatis amici: Postjuin in manus sumpseris D. Seonerti

librum de consensu medit: & Chym: & exinde didiceris, 1. a spiritu & im-  
aginatione nostra nihil posse profici; cuius vis extra corpus emergen-  
do transeat in metallum aut aliud corpus inanime: tum quoq; postquam  
ex alijs Philosophiis didiceris. 2. Quae ab organo naturalissimo (spiritu)  
expediuntur, ea non nisi Billent ex iuxta id est, desperate, fatuiter, dici  
posse transnaturalia: Deniq; 3. Spiritum hominis, cælum illud internum:  
scilicet, non tantum non mereri titulum animæ mundi (cum homini sit)  
ut ne quidem sit anima hominis, sed animæ solum instrumentum. Hæc  
ubi apprehenderis, tum certos ac scientes nos redde, quoniam sint illa in-  
visibilia & inaudibilia experimenta Chymica, que nobis abscondita & spi-  
tualiaphantasma. & speculations Utopicas ad oculum, ad manum,  
valeant demonstrare. Eheu miserabilis Curculio, tantane te cepit rerum  
oblivio tuarum, ut nihil abs te credi vel acceptari posse, nullas rationes  
aut causas audiri possim postularis, solam experientiam, ignem ac flam-  
mam vibrans, & interim ad has miserrimas, stultissimas, & prorsus tuis  
similes, id est stercoreas phantasias, velut ad aram & sacram ancoram now-  
te pudicum sit configere! οὐ μηδὲν, ωστε οὐδὲς τῷ Αἰακῷ νο-  
λέω κεράμια εἰδεῖν, ut dignè sortem tuam plorare queas, & exitum  
invenire absurditatibus his tam monstrificis.

10. Anima mundi Platonica, ejusdem partus monstrum est. Ad  
Plato valuerit novas in mundo animas creare mundumq; exornare astralib;  
invibili aliqua cœlestib; id pol θεού ἐγένεται καὶ ταῦ, viderintq; me-  
taphysci ac Theologi nostri quorum interest disputare de Indole creationis.  
Qui non somnijs aut umbris rerum ducuntur, & hanc maiorem fidem ad-  
hibent Platonii concionanti de anima mundi catholica, quam de præfinito  
animarum ante corpora creatarum numero, primigenia rerum omnium  
scientia, seu reminiscientia, conditione ambulatoria, transmigratione ab  
hominibus ad pecora & pluribus hujus generis subtilitatibus. Mundus non  
est instructus alijs animis quam rationali hominum, sensiva & motrice  
brutorum, vegetante stirpium propria. Cæli Tentoria, ignem, aerem,  
terram, aquam, ampliorem & potiorem mundi compagems, qui anima  
donatas mihi ostendat, per experimenta Chymica, per oculares demonstra-  
tiones, per Vulcanum, eum ego, pro ipsi mundi anima Platonica pronus  
adorabo. Sed has quoq; quinquilias, libelli vulgares physicorum, & D. Sen-  
meritis

meritus opere jam laudato, e verrerunt, quorsum iterum ablego Evestricum  
& Adechicum hunc Magum.

ii. Postremo quinta mundi essentia nihil aliud est quam cælum. Hoc enim titulus id donare solitus est Aristoteles. Cælum autem est agens universale, omnium rerum productionis concursu suo open serens, cuius indeterminata vis particularium agentium constituta restringitur ad rationem. Et agens naturale non transnaturam, promittit ex abysso virtutis sue effectus admirandos, abstrusissimos, non tamen sine natura aut supra naturam. Breviter: si quinta mundi essentia Cælum, est instrumentum transmutationis metallorum, non erit profecto haec ars transnaturalis, usurparas quippe loco instrumenti, corpus naturalissimum, cælum.

12. Imprimis maceravit te & ad rabiem, furoremque, adegit, pediculose & leprose Agyta, quod ubi occasio ad eam rem tulit, philosophice recum egerim, id est rationibus & argumentis everterim & pessunde lerim futilis & stercore astuas, insulsissimis Sale opiniones, quas philosophie & medicinae, ceu purcum lutum, nitidoparieti apergitis. Hic vos solam & unicam experientiam, solus oculares manus, solum Vulcanum cum fornacibus & flammis crepati & strepitati: Dijs Deabusqz Academicis sit gratia, quod philosophice & medice rationes manibus palpari nequierint, alioquin omnes cum pulvrisculo in unum fasciculum corrasas immitti Vulcano, dictum factum consecrasset, impetuosis hic impudentis circumforanei servulus. Sed manent ille ovv deus, hactenus adhuc securæ & imminentes ab hujusmodi fumosis & ventosis periculis: Uterqz, & Magister Sala, & Magistri Sale suffarinatus subsauria, Chymicis suis experimentis insarserant quædam e logica, physica, medicina i petita Embammata, & rationes speculativas, quibus tam bene conveniebat cum principijs & fundamentis istarum disciplinarum, quam ex futuris anubus cum virginem Diana: Hæc effata ac theses tum sua natura Theoreticas, tum ex disciplinis Theoreticis, si placet Esculapio, in subsidium vocatas, quia ego, non Vulcanum, aut flammam, non furcillam, carbones, vasæ vitrea ac sigulina in manus sumens, sed rationibus & argumentis Theoreticis jugulavi, hinc silicet per contemptum & per contumeliam, mihi tanquam scelus aliquod objicitur, nomen Grammatici, Philologi, Litteratoris Scholastici, speculatoris medici, logici, physici, metaphysici. Et quis tandem est apud eruditos in

pretio honoris titula, quo ego non ab illo nolente, volente in gratia (quamquam tali haut equidem me digner-honore) insignior. Utinam hi omnibus vere ego respondere possem! utinam digne eos mererer titulos! sed vos qui pectus possidetis eruditionis liquore imbutum, qui mentem integrā & rationem nondum sublestam, arbitramini, an rectius ad fornacem & vasua provocent scarabaei illi, an vero ego ad trutinam logices, philosophiae & medicinae, in enucleandis hujusmodi questionibus, quas illi prodiceret in theatrum,

An oleum sit naturae non aerea sed ignea?

An definitio menstruisit legibus logicis & physicis consentiens?

An syllogisui, quorum medijs termini praedicantur in minori, subiectuntur in majori, sint syllogismi secundae Figurae?

An cælum recte dici mereatur Elementum mundi quintum?

An tria Chymicorum principia, nec sunt Elementa, nec ex Elementis composita?

An quoniam conceptu consistat essentia salis? seu quale sit illud principium physicum, quod sal faciat ut sal sit?

An definitio Magisterij a Paracelso tradita, bona sit & perfecta?

An sanguis humanus Naturae sit convenientior quam aurum potabile?

An aurum potabile, & qua virtute occultane an manifesta, restau-ret vires nostri corporis?

An duplex scopus, confortandi scilicet & evacuandi, attribui posse uni simul medicamento?

An detur Egreſio accidentium de ſubiecto in ſubiectum?

De his & hujusmodi plurimi cum infulse, futiliter & ineptissime philosophati eſſent, Muli hi mutuum ſeabentes, ego eorum incitiae & rudi-tati rationibus e philosophiae & medicinae penuario deprompti, obviare & volui & omnino debui. Philosophica enim philosophice ſunt habenda. Si eo nomine illi ringuntur, & in rabiem acti bachtantur quod Scapha Sca-pham dixerim, quid mea iſthac est curatio? si nolint fani, currant lym-phatici. Mirum ni etiam ad Vulcani violentiam, & alembicum confugi-ant, ubi queſtio agitur de venæ ſectione in pleuritide, de occulторum mor-borum cauſis: de reddendis rationibus periodorum in febribus, de Criftum na-tura, & qua ſunt cetera de genere hoc.

13. Vide-

13. Videamus speciatim Chymiam & medicinam. Numquid ha-  
disciplina usq; adeo averse sint a rationibus & Geωγήis, ut nihil prates  
unitam εὐπεισόδιον pro sœtu legitimo agnoscant, contemplationibus emi-  
bus indixerint bellum irreconciliable? Chymiam artem esse (ut & Me-  
dicinam) hactenus quidem qui dubitaverit, inventus est nemo. Nam si  
scientie est, nihil quicquam preter meram contemplationem venditabit,  
quod omnino non est ad pileum nostri Empyrici: Est ergo ars At vero ars,  
testimonio omnium litteratorum, duobus ambulat cruribus, ijsq; quasi ful-  
eru sustentatur, RATIONE & EXPERIENTIA Sic enim in solenni &  
autentica artis definitione ab Aristot: in Ethici: nobis relicta statutum est.  
Τεχνη ἐστιν ἔχει μετὰ λόγου πηγαὶ: solus λόγος curatio aut specu-  
latio artis perfectionem non absolvit. Sed neq; sola missa experimen-  
talis operatio. Utrumq; conjungi necesse est. Altero absente & ejcto,  
nequit manere superstes integræ artis systema Qui in Chymia nihil que-  
rit, nihil blaterat, aut cantillat præter Experientiam, ïs semichymicus est.  
& altero crure murulus claudicat loripes. Quantum momenti isthic Ex-  
perientia, tantum obtinet Rationes & fundamenta & principia physica.  
Cum Medicina pariter sœres habet. Etiam Tyrones non nesciunt, duas  
illius esse integrantes partes, Theoreticam & practicam. Medicinâ Theo-  
reticâ, qui vel Medicum carere jubet, vel eam medico dedecori aut vitio  
vertit, ne ille quid medicus aut medicina sit, æque novit ac Aſinus pulsare  
lyram. Futilem illum & pediculosum Medicum, Chymicum, qui Dictio-  
rum factorumq; causas, quum iſus postulat aut res; exponere non didicit.  
Hinc tu ſis diffice, non rationalis, non Γεωγήτικς, & ἀλογα Empyrice,  
quam egregium te nobis Chymicum, qualem medicum exhibeas; preter-  
falsa & inani quædam experimenta nihil crepans, rationibus & Γεωγήis  
in exilium pulſis. Scilicet quales D E O S fabricant plaste, aut quales  
muscas aurifabri.

14. Venio, (quod Vulcanus bene vertat) ad assertiones Chymicas  
antiLaurembergianas. Circa hunc iam cardinem vertuntur tam vaste  
valva tam operosi systematis Billenlickeriani: Bene te juvit initio, strate-  
rice anilinge, & tuam rem oppidò auctum ivit, quod ex anguli & cryptis  
quibusq; obvijs Chymicorum scriptorum converreris Eiectamenta, ijsq; pre-  
posuerū Catbolicam inscriptionem antiLaurembergianam. Nimirum non  
poterant

poterant totæ tres aut quatuor paginae scribendo compleri, nisi falsaria  
consilio ex insidijs advocarentur alijs, quibus nec divini nec humani quid-  
quam vel Laurembergio vel mihi sub velo Laurembergiani nominis tra-  
duito, unquam fuit, Quercetanus, Fr: Anton: Londinenis, Beguinus, Crol-  
lius, Lukius & plures alijs, adversus quos Joves hic scarabaeus, quos Her-  
cules hac formica tanto strepitu & crepitu, tota ista Assertionum charta,  
tinnit, quasi lunam laborantem de cœlo detracturus. Horum dicta facta qz  
jurene an injuria, an datissime utiqz, exagitata, me scilicet prestare opor-  
tebat. Si pari jure tecum experiri velleam, mi Billentichi, possem hercies  
eodem privilegio buc congerere, & cum solenni titulo Positionum Antibil-  
lentichianarum toti mundo exhibere legendas, ter terna & octies octonas  
decadas Assertionum ex Chymicis libellis exceptarum pafim, quarum tu  
equæ foræ reus, atqz ego omnium istarum, quas anti Laurembergianas qui-  
dem vocas, sed mihi re ipsa impingis. Nam quid per Deum Fidium me angit  
aut tangit, si quid isti homines seu boni seu mali dixerunt aut patrarunt?  
Pauca sane sunt in illo Centone tuo, a me propugnata in defensioni mee  
scripto, quibus tu tuas assertiones e diametro opposuisti. Queritur uter  
nostrum verius ac melius dixerit? Materia, de qua serram reciprocamus,  
Chymica est & Medica: nonnulla etiam Philosophica. Non suppetunt no-  
bis nisi duo criterias, penes quæ stabit infallibile de his omnibus judicium,  
Ratio & Experientia. Ego, quæ tu negasti, partim Experientia, partim  
rationibus contra munivit, & argumentu efficacibus defensa dedi. Tu ad  
solam & unicam Experientiam profligatis rationibus consugi.

15. Rationes si videamus: Ille quibus debellari falsitates & Erro-  
res vestros (tales enim hucusqz eos deprahendo & estimo) si debiles & in-  
validæ, si non vera aut sufficientes, si inepta & irrita fuere, quare tu,  
Miserabilis Iburie, ex totâ officinâ Edocumati tui ingenij, tantum subsidij  
& virium non exprefisti, ut ex octuaginta (parum abest) argumentis,  
que continent defensione mea scriptum, ne unico solo verbo aut litterula  
vel uni respondendo aut refutando potueris ire obviam?

16. Ad EXPERIENTIAM vero, seu Empyricam Chymicam tuam,  
quantum facit, qua ita inflatus es ac suffarinatus, velut tumida rana Hor-  
ratij, omnes ego tuorum experimentorum vanas, mendaces, ac imagina-  
rias assertiones, ne una quidem cassâ nuce aut titivillio redemerim. Ad  
unam omnes jugulo duobus verbis, e primo oraculo Hippocratico, EXPE-  
RIEN-

**RIENTIA FALLAX.** Quanta tu impudentia has manuales elusiones ebne-  
cias, quanta persuasione de ijs ampullari, tanta ego confidentia ingemi-  
no, tanta securitate & certitudine Edico, Experientiam tuam esse  
fallacem. Nisi forte Aphorismus ille Hippocraticus quam hactenus ab  
omni antiquitate fidem promeruit, invenit, servavit, eam in unius pedicu-  
losi & perjuri anilingi Fornacula decoxerit, & in sumum abire sit passus.  
Deinde Empyricæ hujus assertionis evanidae persuasiōni, cur non Exadver-  
sum oppono meam ipsius & sexcentorum aliorum virorum experientiam, &  
qui uno ore, una manu, favente & annuente Vulcano, falsitatis & men-  
dacitye damnavit, abortus istos tuos, jubentq; te cum illis calide plorare &  
ad consuetam stipem reverti? Major pars tuarum Assertionum ad alios  
attinet, quam non sine Plagi crimine hic intrusisti, ut eo plures chartas  
concacares, & cento fieret vendibilior. Ijs eliminatis & relegatis ad au-  
tores suos, solum his que ad me præcipue attinent, fæliciter aspirante  
Vulcani Flabello, oppono assertiones sequentes.

## ASSERTIONUM ANTIBILLEN- LICHIANARUM.

### PRIMA.

**M**ICROSPAGYRICA possunt: Quod experimentum qui quis effrunite negat,  
mercurius crassam suam in ea arte ignorantiam ostendit. Neq; talu-  
mercurius, vel ex sublimato, vel alio mercurio operi adhibito, sed ipfissimo  
metallo elicetur.

### II.

Resolutions Chymica Metallorum in aquam, oleum, salēm, non  
Sophisticæ, non VVarchodumicæ, id est, vel vanæ vel Diabolice, sed ge-  
nuinae & artis ac naturæ fundamentū sunt consentientes. Cum Menstruo-  
rum commixtura nihil illis rei, abs quo adulterio haec anatomicæ sunt alienissime.

### III.

Spiritus metallorum ardentes, reverā e metallis sunt educti & tales  
manent, quantumvis e mundo sublato menstruo, quidquid contra crocident  
errabundi mei Agyrta.

C

IV. Me-

## IV.

Metalla per menstrua vere distrui possunt. Et igni quidem absunt aboleri penitus queunt inq<sub>z</sub> cinerem redigi, non solum quatuor ignobiliora, sed & luna ac sol, que rebementer usia tandem in cinerem & vitrum mutantur.

## V.

Aurum & calore congenienti, & menstruo blando insipido, non eructante, liquidum & potabile fieri potest.

## VI.

Vitriolum est verum & genuinum sal, tametsi compositum ex substantijs alijs. Non est a natura productum per accidens, ex fortuito concurso aliorum corporum, ut delirant adversary met, sed ex causis certis definitis, a natura primo perse, & non fortuito agente.

## VII.

Ex lapidibus, ex arena, & cineribus potest liquor aliqui extrahit etiam copiosus, cuius origo nulli Extero concurrenti aut adhibito corporis potest ascribi: Et qui eam extractionem vocat in dubium, si pro experientia oculari inscitiam, pro veritate futilis nugas & imaginaria somnia amplectitur.

## VIII.

In Magnete sunt Naturae arcana plurima admiranda, que quamvis ad fornaculae Chymicas omnia non faciant, tamen Naturae consulo viro scitu per quam sunt jucunda & necessaria.

## IX.

Talcum in calcem redigi potest, igne actualli, & exinde parari presiosum Cosmeticum, quod nemo nisi cui jam ante adusq<sub>z</sub> carnem vivum corroso est cuti, corrodens esse deprehendet.

## X.

Instrumenta, quibus Chymia operationes suas exequitur, non duo sunt solum, ignis & menstruum, sed tertius aer & aqua atq<sub>z</sub> isthac, sic illuc confert servicia.

## XI.

In Humino sanguine sepulta sunt medicamenta egregia. Philtra amata & morborum magneticas transplantationes, ignes perpetuos, magica instrumenta, & similia placula, quibus vel in eo, cum Billenlichin querit, vel de eo venditat, cum sceleratissimum esse oportet & execrabiliter regniet.

## XII. Crux

## XII.

*Crudus autem calidusq; sanguis, e jugulo occisi latronis effluens quia  
bustum sit multo abominandus magis, quam blandus & amicabilis auri po-  
tabilis liquor, nemo dubitabit aut negabit, nisi feris bestiis ipse multo hor-  
ridior.*

## XIII.

*Vegetabilem sales ex combusta herba cineribus extracti ignobiliores  
sunt & rarus efficaces, quam sales ex earundem liquoribus seu sucis pa-  
rat.*

## XIV.

*Tartarus praecepsat quidem soluta metallis: propterea tamen solus  
seq; debet, neq; potest constitui appropriatum instrumentum praecepsandi,  
quia plurima sunt alia que eadem pollut virtute.*

## XV.

*Multo minus via praecepsandi in tartaro, dependet a qualitate ter-  
restri & spongiosa, ut iudicre iudunt ludiones mei, Salsamentarius Sala &  
territus an larvatus Anilingus Gunterus. Enimvero postea qualitate terre-  
stri & spongiosa non semper ponitur praecepsatio: Et datur praecepsatio  
alii quantumvis sublatè.*

## XVI.

*Anodynorum materia non solum ex opio, Mandragora, hyoscyamo &c.  
sed & vitriolo peti potest, in quo verum sulphur Narcoticum Naturæ col-  
locavit, arte spagyrica educendum, quidquid contra murmur et cumbia  
& pediculosus iste lixa.*

27. Habet hic mi Billenlichi Assertionum mearum Catalogum  
(alioна alieni relinquo) non magnum quidem, satis tamen validum pro  
frangenda tam marci di Empyrici male consuto, maleq; conciliato Centone  
fallaciam Experimentorum. An hac sint Grammatica, Philologica,  
Rhetorica, metaphysica, poetica (quod Vulcania tua Sophisticatibi insu-  
furravit) judicent Grammatici, Philologi, Rethores, metaphysici, Poetae.  
Et illud sane de sylloge tua, & ceterū docimasticū ocularibus & manualibus  
tractatibus quibus societatem Chymicā tibi pancratice devinxisti, aperte &  
serio dico, quod de Juliano Galenus: Scripsit, inquit, iterum atq; iterum  
Julianus Institutiones, & has asiduo transponit, & transformat, num-  
quam ijs quas scripsit contentus. Si ex hac sylloge tollas, qua totidem ver-  
bis in Exercit. Emendis; & Farragine de tribus principiis repetivisti, si  
idem

itidem experimenta, quæ tibi illuserunt, & quibus tu illudis ac deludis  
totum mundum, fallacia vana, e centonibus tuis quis submoveat quantum  
superfuturum putas ex omnibus istis sesquipedalibus Thrasonicis commentue  
Nihil hercles amplius

Quam quantum displosa semel vesica pepedit.

18. Porro opipare ac sapide tibi eveniat, quod ad horum omnium  
fidem confirmandam alia adhibere adminicula ac documenta tibi seu nos  
libuerit, seu potius non licuerit, quam diras, imprecatio[n]es, juramenta per  
sanguinem & caput, per Deum viventem. &c. Et quidni & sic solente  
Agryta Emptores suos beare; sic mercibus suis alioquin toti mundo suspe-  
ctis, consueverunt conciliare fidem (ut dolus ac fraus eo splendidiori tegu-  
mento oculsetur) pejerando per anima propria salutem, per Deum vivū,  
per invocationes aliquot myriadum ex cibis Plutonis. Tu quoq[ue] fac si-  
mile & sic ars deludit[ur] arte. Jures & perjurcs per patru[t]i cervicem  
& guttur, per VVochobodus Deunculos, per succum & sanguineo  
tuum, & vel innumeras diras, impreceris capiti ipsius tuo, nos tibi etiam  
multo calidius jurant[ur] ne verbam credimus. Illud credimus, quo con-  
fidentius juras, eo magis a bona causa & veritat[er] assensu te esse destitutum  
& inanem. Nos simplici assertione contenti, & freti inconcussa verita-  
tit[er] fiducia, neg[are] jurare temere (quod est scurrarum levissimorum) neg[are]  
per imprecatio[n]es rem nostram constabilire satagimus.

19. De Chymico quodam sene impostore, que historica omnino (si  
credere fas est) fide commemoras, sane non sine voluptate leguntur, sicut  
scabiosi pruriientes quando se se scalpunt. Hic merito agnoscamus acumen  
judicij tui & applicandi solertiam. Nam quamquam ea huc nihil plus  
commodi ac ornatus conferant, quam turpis cicatrix ad decorum facie  
venere, tamen qui fit annon aliquid etiam exinde fructus promanare  
queat ad Rem publicam Chymicam? Illud vero vel maxime ingenuitatem  
tuam arguit, quod sub persona senis Chymici impostoris, te ipsum produxeris  
in scenam. Mutato nomine de te Fabula narratur, mi Billenlich! Quan-  
ta felicitate novus in Italiam advena hanc tragediam egeris, quanta my-  
steria, stratagemata, Encheirias empyricas venditaris, per compita & vi-  
cos passim oberrans, id & tutę ipse, si conscientiam interroges, nisti?

reg

ueq; nesciunt Itali, Germaniq;. Scilicet hoc p*ro*p*ri*o P*seu*dochymicorum in-  
ni*nus* jactantia tandem in olementem crepitum erumpit.

20. Hinc admilitiam tuam pergis, in qua tam masculū, tam stre-  
nuo te gesisti, ut etiamnum te unice querant, tibi manus applicare, collo  
tuo catenam circumjicere, deniq; te summè elevare optent. Pr̄esides que-  
stionum Italici. Nimir pol, Bellico Martis pulle, te abjectum & vilem  
ipse habes, quando Dijs minorum gentium, Scaligero & Dioscoridi te  
parem similem, facis, quibus & ipsis volupe fuit, tum manibus clypeos &  
acutæ cuipidis bastam, tum galeam pressa sustinuisse coma. Dignius fu-  
isset tanto viro, tam experto Therapontogenopla gidoro, pro se addu-  
cere exemplum Alexandri Magni, Julij Cesaris, Darii, Scipionis, & simi-  
lium Heroum. His te poteras componere, absq; uno illo ejet, quod hi ut  
viri aduersus hostem steterunt, acres in fortib; armis, militeruntq; pul-  
chram per vulnera mortem oppetere, quam fugere turpiter: Tu vero non-  
dum unquam conspecto hoste, ut legirupa, ut fœdi fragus desertor stationis,  
insc̄is ductore ac commilitonibus tuis, clam te subduxeris, relicto post te  
nihilo, pr̄eter turpem infamiam, & ignominiam nominis tui proscriptio-  
nem. Tamen ne bellici consortiū honore prorsus defrauderis, quia nefas  
est defectorem & persugam ingenuis militibus accenseri, saltē locum a-  
liquem in angulo alicubi tibi relinquant in sua societate, Lenones, varones,  
manipulus furum, & reliquus grex scurrilium impedimentorum, quos  
militia etiam non magis pudet quam te.

21. Hac tuā virtute bellica fretus, ad duellum etiam & pugnam pro-  
vocas. Heus Simalio, Donax, Syrisce, sequimini. Ubi est centurio Sangue  
& manipulus furum? Peniculum afferte, sine sanguine hoc fieri non po-  
terit, qui abstergantur vulnera. Quid dicam vel non dicam? sine quod  
tibi nunc Vir videatur hic, nebulo magnus est. Verborum jactantia vel  
montes diffire potest, & uno spiritu integras legiones: at ubi ad manus  
veniendum, ibi per metum soluto illi inferiori gutture scipsum opipare im-  
bulbitat. Vel nuper in militiā, ubi ceteri pugnabant maxime, ille fu-  
giebat maxime. Ne te jam nobis facias feroculum Furuncule manipu-  
laris. Si tibi adeo pruriunt dentes & tergum, ablegabimus ad te tres lo-  
rarios validos, validis sustibus, lentiq; virgis instructos probē, qui tibi  
pruriūm istum compescant. Nam hoc opera talibus viris convenientissime

committitur quorum officium est in infirmitate curare suos. Pompas ingenuos ac bonos non decet dextram ensimq; inquinare ac collutulare congressu eorum, quos infamia in honestos reddit. Ia & leges non jubent, & tritissimus versiculus dissuadet. Hoc scio pro certo quod si cum stercore certe &c: Mihiemo illud decertandi prolibum, quo ferocius serva in tempore & occasionem commodioram: apprime id tibi ex usu erit, quando invasionem in te facient Lictores Itali.

22. Superest Laurenbergi studium vindicandi Anatomiam ab erroribus & opinionibus proletariis, quibus seca et. & quorum pars bona ab Andrea Laurentio propagata, defensaque est. De hac re follicitum esse, nihil ad me attinet. Illud non possum non profiteri, Erroris optimo jure a quo cunq; etiam promulgatis sunt, indicari & refutari: Ea potestas nulli rea philosophorum, nea medicorum denegata aut subtracta hactenus fuit. Veritas in medio posita est. Nego dubito, quin hujus sit consti& ac facturatio nem locupletè Laurembergius ipse redditurus sit. Sed quam de Colladone fabulari fabellâ eam miseratione non responsum dignam judicant omnes, qui istius & Laurembergii opera viderunt. Hie te toti mundo fecisti ridiculum, arbitrans de scriptu quo tu oculi tuis nunquam usurpasti. Judicabit respublica medica de utriq;, ac de jejuno ac ridiculo tuo grumitu.

23. Postremo quantos in Medicina, tum theoreticâ tum practicâ progressus fecerint Commilitones his stratotici, Sala & Guntherus, id partim ex scriptis ipsorum & controversijs supra indicatis, partim ex relatis gestis, & in tot urbibus patratib; facinoribus ridere & assimilare est. De Sale praxi testantur Tigurini; & Lavaterus, aureo mecastor suis libello, quo ipsius Heroicas virtutes, & curandi solitatem ac notitiam graphicè depinxit: Testantur Germaniae oppida & forae plurima, quo circumforanem iste per vagatus est: Testantur Hage comiti, Frisia, VVespalia, Holsatia, Nundine, ad quas diligenter inviit. Testatur Hamburgum, ubi boudienum vidu e plurime ob maritos suos, preciosâ antidoto Salinâ e medio sublatos, de Salâ queruntur. Guntherus discipulus, præceptoris suo bac in arte prob Jupiter quantum prestat! Felicem illum! ex Plini sententia, quippe cuius bona opera, quantulacunq; sol videt, errores terra tegit. Cui farentissima fortuna semper arrisit, dum Experimenta sua duxit per mortes aliorum. Experientiam ego practicam supra vulgarem,

neḡ nunc jacto, neq; pre me tuli unquam: tamen si ad rem præseñens  
venire oporteat. & artificem ex opere, ut fas est, laudari, quur seu lau-  
dem, seu mercede lens ex præxi meritam meticolosè detrectem? De statuā,  
quām Laurembergius apud Hamburghenses meruisse scribit, nihil pro-  
nuncio aliud, quam a Morionibus & infantibus etiam inscūs sepissimè ve-  
rum dicit. Quām honorifica, quām grata, quām religiosa sit Hamburgen-  
sis memoria Magni Laurembergi (talem eum vocare amant, plarig; illius eruditioñis estimatores) finēscit, nequissime scurra, ab hiscitatutum,  
& experientia disce, a nemine hono ac ingenuo Gloriam illi immortalent  
& memorie nunquam intermorituræ meritum invideri.

24. Non lubet diuius in sterquilinio emarcide & impura tua Syl-  
loges volutari, agyrt̄a Billenlichī: Infrunita & effrenata tua impudentia  
me illuc ire coegit. Fætorem tuum tibi a me afflari iterum, non potes,  
nec debes mihi succensere: Oportuit enim redire ad Dominum, quod fuit  
ante, suum. Ut mores tuos perversos corrigas, & ad sanam mentem re-  
vertaris, frustra equidem studuero, te commonefacere. Äthiops enīs  
non mutat pelle. Et qui semel fines verecundie transfilijt, eum nequic-  
quam jubeas pulere. Saltē ex hac Retorsione disces (si ex Defensione  
mea non potuisti) que mihi & plurimis Medicis Excellentibus sit sententia  
de TE, deq; Empyrici tuis Assertionibus. Quod si tibi porrō insanire, mundum  
circunscribere fidē frangere, impudenti esse tu huerit, (quas artes hactenus  
profiteris) persuasam tibi habe, eandem Catastrophen que Agyrtas, &  
infames Empyricos communiter manere solet, etiam tuis cer-  
vicibus imminere.

## MORIONEM EX CAPITE ET PILEO ut LEONEM EX UNGUE.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn796627010/phys\\_0029](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796627010/phys_0029)

**DFG**







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn796627010/phys\\_0031](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796627010/phys_0031)

**DFG**





maniq; Scilicet hoc pacto Pseudochymicorum in-  
violentem crepitum erumpit.

litiam tuam pergis, in qua tam mascule, tam stre-  
num te unice querant, tibi manus applicare, collo  
ere, deniq; te summe elevare optent. Prostides que-  
pol, Bellicose Martis pulle, te abjectum & rilem-  
ys minorum gentium, Scaligero & Diocoridi te  
quibus & ipsis volupesti, tum manibus clypeos &  
tum galeam pressa sustinuisse coma. Dignius fu-  
perio Therapontogenoplate gidoro, pro sese addu-  
tri Magni, Julij Cesaris, Darij, Scipionis, & simi-  
poteras componere; absq; uno illo esset, quod hi ut  
terunt, acres in fortibus armis, militeruntq; pul-  
tem oppetere, quam fugere turpiter: Tu vero non-  
hoste, ut legirupa, ut fædi fragus desertor statione,  
ulitonibus tuis, clam te subduxeris, relicto post re-  
famiam, & ignominiam nominis tui proscriptio-  
i consorti honore prorsus defrauderis, quia nefas  
igam ingenuis militibus accenseri, saltum locum a-  
biti tibi relinquant in sua societate, Lenones, varones,  
reliqui greci scurrilium impedimentorum, quos  
is pudet quam te.

tte bellica fretus, ad duellum etiam & pugnam pro-  
Donax, Syrisee, sequimini. Ubi est centurio Sanga  
Peniculum afferte, sine sanguine hoc fieri non po-  
vulnera. Quid dicam vel non dicam? sane quod  
hic, nebulo magnus est. Verborum jactantia vel  
& uno spiritu integras legiones: at ubi ad manu-  
um soluto illi inferiori gutture scipsum opipare im-  
milistial, ubi ceteri pugnabant maxime, ille fu-  
ejan nobis facias feroculum Furuncule manipu-  
lant dentes & tergum, ablegamus ad te tres lo-  
fustibus, lentisq; virgis instructos probè, qui tibi  
tant. Nam hoc opera talibus viris convenientissime

C 8

commit-